

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1435

Autre(s) référence(s) : Fauroux 9 / Tabuteau 107 / ARTEM 2662

Auteur(s) : Richard II, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1006, 30 mai

Lieu d'émission : Fécamp

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II, pour compléter l'œuvre entreprise par son père Richard Ier, ayant confié à l'abbé Guillaume [de Volpiano] le monastère de Fécamp, concède audit monastère : dans le comté de Caux, à Fécamp, le tiers des colons et de la terre, la part de forêt comprise entre la voie publique et la mer et la moitié de l'impôt ; à Grainville tout ce qu'il possède ; à Arques le liers de la pêcherie et deux salines ; l'église d'Ecretteville ; à Harfleur un manse ; à Rouen un manse avec une chapelle ; l'église de Pissy ; l'église de Barentin et cinq églises au Vaudreuil ; Aizier et Hennequeville. Il concède la liberté d'ordination et d'élection selon la coutume de Cluny, et pleine indépendance de toute autorité, sauf intervention éventuelle de réformateurs.

Tableau de la tradition

Original

A. Collection Musée du Palais Benedictine, Fécamp, Inv. 3 R005 (Engel 1bis).

Éditions principales

a. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendix B, n° 2, p. 253.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 9, p. 79-81.

Indications

Musset Lucien, *La vie économique de l'abbaye de Fécamp sous l'abbatit de Jean de Ravenne*, dans *L'abbaye bénédictine de Fécamp*, ouvrage scientifique du XIIIe centenaire, 658-1958, Fécamp, Durand, 1959-1960, t. 1, p. 67-79 ; p. 345-349., p. 73. Douglas David Charles, *The First Ducal Charter for Fécamp*, dans *L'abbaye bénédictine de Fécamp*, ouvrage scientifique du XIIIe centenaire, 658-1958, Fécamp, Durand, 1959-1960, vol. 1, p. 45-56, t. 1, p. 47-48 ; p. 329 (traduction française). Lemarignier Jean-François, *Étude sur les privilèges d'exemption et de juridiction ecclésiastique des abbayes normandes depuis les origines jusqu'en 1140*, Paris, Picard (Archives de la France monastique ; 44), 1937, p. 34-38, 56-63.

Texte établi d'après b

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS FAVENTE GRATIA, R[ICARD]US COMES ET PATRITIUS. Hactenus, locum istum vulgaris fama Fiscamnum vocare consuevit, cujus ethimologia perspecta, doctores novelli, quidam fixum scamnum, quidam fixum campum, volunt appellari. Relicto, ergo, inter contentiosos iudicio hujus nominis, causa divini servicii quæ ibi agitur, quando vel quomodo cepta sit, cognoscatur. Sicut in universis terræ partibus sancta mater æcclesia multiplicato gaudet filiorum numero, ita in ipsis exultare cupit operum bonorum incremento. Quorum multis, per aliarum exequutiones virtutum occupatis, dum quidam ex transitoriis bonis curas gerunt pauperum, alii, sanctorum locis edificandis invigilant, quasi decollatis beneficiis, Christo vicissitudinem reddunt, ut cum illo felicius vivant. Quorum exemplo, notum sit presentibus et futuris in hoc loco patrem meum comitem Richardum a fundamento construxisse æcclesiam, in honore sanctæ et individuæ Trinitatis consubstantialis Patris et Filii et Spiritus Sancti, eo intentionis voto, ut collectus monachorum ordo, sub regula Sancti Benedicti viveret et Dei laudibus inserviret. Cujus desiderium, ubi mors abstulit imperfectum, ego Richardus comes, ejus equivocus filius, suscepi peragendum, nec multo post, divina providentia, inventum domnum Wilelmum abbatem, et precibus et caput hujus crescendæ religionis preesse institui. Sub quo jam multiplicatis monachis, et multiplicandis temporalibus bonis, quæ a patre meo huic loco concessa sunt et per cartam firmata, hæc ex hereditario jure concessa super addo : in comitatu scilicet Calciacensi, in ipsa villa Fiscamno, tertiam partem hospitum, quos colonos vocant, cum terra arabili quæ ad ipsam tertiam partem pertinet, unam partem silvæ a publica strata usque ad mare terminatam, et dimidium vectigal ; in Girvinivilla, cum duobus molendinis quicquid habere visus sum ; apud villam Archas, tertiam partem piscariæ et duas salinas et aliquid terræ arabilis cum prato, æcclesiam Scrotivillæ et aliquid terræ arabilis ; apud Harofloz. .I. mansum cum .LX. pensis salis cum .IIII. hacreis prati ; in civitate Rotomagensi, mansum unum, cum ca[p]jella et .XXX. hacreis terræ arabilis cum .VII. hacreis prati ; et in comitatu ejusdem civitatis, æcclesiam Piscei et aliquid terræ arabilis cum æcclesia Barentini villæ ; in vallæ Rologiville, æcclesiam Sanctæ Mariæ, æcclesiam Sancti Stephani, æcclesiam Sanctæ Cecilie, æcclesiam Sancti Saturnini, æcclesiam Sancti Quintini cum capellis subjectis eis et quicquid terræ arabilis et prati ad eas pertinet ; super ripam Sequanæ, Ascheivillam et quicquid ibi Trostincus tenuit ; Heldechim villam super mare. Hæc predicto loco perpetualiter habenda concædo, igitur tam [h]orum quam eorum quæ a patre meo tradita sunt, omnis ordinatio exterius et interius in abbatis sibique subjectorum consistat arbitrio, undeque eorum dispositioni resistat persona nulla, parva, vel magna, cujuscumque officii dignitatisve. Et non solum in rerum ordinatione justitia, sed in restituendi abbatis electione, ubi morte subtractus fuerit, a nobis juste collata utantur libertate, ita dumtaxat ut, in ipsa electione vel ordinatione abbatis, illa per omnia servetur consuetudo quæ hactenus in Cluniaco cænobiorum servata est illustrissimo (sic), unde fons sanctæ monasticæ religionis per multa jam longe lateque derivatus loca ad hunc usque Deo profluxit propicio, cujus sanctæ religionis observatio ut magis ac magis ad profectum tam meæ quam genitoris ac genitricis omniumque fidelium proficiat animarum. Hoc in Fixiscamnensi monasterio, sicut nulli ordini dignitati potestati hereditariæque sucessioni relinquere super idem jus decrevimus dominationis, ita si a jam cepta, quod absit, deviaverit rectitudinem, nulli illud in pristinum reformanti, mercedem denegamus recuperationis, sed et nostrorum super his decretorum invasores, violatores, sive destructores, nisi emendaverint, non evadere se sciant maledictionem Dei, sed cum diabolo, et Juda proditore, pænas quibunt, in inferno sustinere impiorum [ubi v]ermis non morietur et ignis non extinguetur in æternum. + Ego autem, RICHARDUS Norhtmannorum dux, ut hinc mihi merces cumuletur æterna hujusque cartule testamentum, per Widonem notarium meo rogatu conscriptum, stipulatione firmetur subnixa propria, signans, manu firmavi, hisque roborari [rogans t]estibus tradidi. SS. Rodulf[i]. SS. Willelmi. SS. SS. SS. SS. [EGO WIDO] NOTARIUS, JUSSU [DOMNI RICHARDI ILLUSTRISSIMI DUCIS, QUI MISERICORDIÆ OPERIBUS VALDE QUIA STUDET] ELEMOSINARIUS VOCATUR, HOC [TESTAMENTUM] SCRIPSI, ANNO DOMINICE INCARNATIONIS [M. VI., INDICIONE .IIII., DIE TERTIO ANTE KAL. JUNII, .V. FERIA DOMINICE ASCENSIONIS GAUDIO,] CELEBERRIMA, FELICITER.